

Et sic tacite intelligitur ipsum in ea non perseverasse, cum in nostram trahat (ut ipse dicit) autoritas sanctæ congregationis, nostram expressè approbantis; quam literaliter citat Nicol. Garcia. ubi proxime n.84. quod & ipse Navar. expressè fatetur.

35 Sed non possum non mirari tantorum virorum, adversus hanc tenentium, voluntumque cavillari, & ofuscare verba admodum clara Concilii Trid. d. sess. 7. de reformat. cap. 4. quæ nullum dubium profectò accipiunt, ea autem sunt; Quicumque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, sive commendæ perpetuæ; aut alio quocumque nomine, citato, contra formam constitutionis Innocentii III. quæ incipit. De multa, recipere, ac simul retinere, præsumperit, beneficii ipsius juxta ipsius constitutionis dispositionem ipso jure, etiam præsentis canonis vigore privatus existat, &c. Vides quàm clara verba sunt, quamque inadvertenter moti sunt Doctores præfati, frequentes antiqui, communis juris velligia, & audiendi non sunt.

36 His & vinces aliquos grossi ingenii literatos, qui vulgò existimant aliud decretum Concilii Trident. sess. 24. de reformat. c. 17. quod decernitur, quod obtinentes plures parochiales, una retenta (alias infra spatium sex mansum dimittere teneantur, &c.) huic esse contrarium deducentes ex eo, quod in omnibus beneficiis incompatibilibus non dari vacationem ipso jure, etiam in beneficiis curatis; sed imò in eis ex nova hac Concilii dispositione possessores habere sex menses ad optandum, & eligendum, dimittendumque, quod voluerunt, & evidenter falluntur ignari prædicti Decreti 4. de quo sup. quod in hoc disponit (ut diximus) vacare ipso jure: nec ei hoc contrarium est, nec esse post: siquidem loquitur dumtaxat, & disponit circa possessores plurium beneficiorum tunc tempore; scilicet, illius decreti, ut infra dictos sex menses eligant: non tamen disponi, nec procedit in impostum obtinendis, scilicet, post Concilium Trident. de quibus & sic d. c. 17. disponit de tempore præsentis, & præterito, usque ad ejus editionem, & promulgationem, ut ex eisdem verbis evidenter apparet, ut verò edictum cap. 4. à tempore futuro, quod & ita bene advertit Nicol. Garcia in tr. de beneficiis tom. 2. c. 5. n. 78. dicit (ita esse accipiendum quod tradunt Salzedus in addit. ad Bernard. Diaz. in præf. crim. c. 48. lit. C. Manuël. Rodrig. in summa c. 31. n. 4. Vega 1. p. c. 36. casu 24. Petrus Ledesma 2. p. summa tr. 7. c. 2. 12. conclus. 6. diffi. qui satis confusè loquuntur.

Alias autem quæstiones, quæ materiam incompatibilitatum beneficiorum attingunt, & concernunt, ad longum poteris videre, consulere integrum, ac egregium etiam tractatum per Ojedam de Mendoza, qui scripsit de benef. incompat. ad longum. Multas etiam celebres quæstiones, ubi multa in praxi contingentia, necessaria conduxit noviori etiam jure inducta, corroborata, ac illustrata plurimis decisionibus Rotæ novissimis, ac declarationibus Cardinalium, in explicationem decretorum Concilii Tridentini editas, videre poteris apud Nicolaum Garcia de benef. dict. 11. p. cap. 5. per omnes suos paragraphos tom. 2. apud quos ceteri de materia tractantes citantur, quas quidem libentissimè omitto, quia ad meum institutum non pertinent, nec conducuntur.

CAPUT VIII.

A sententia, qua quis suspenditur, privaturve officio, vel à nominatione muneris, auctoritate, utilitate publici, sive auctoritate tantum, appellationi interjectæ Regia curia deferri, an mandabit.

SUMMARIUM.

1. A suspensione & interdicto officii aut beneficii respectu temporalitatis licita est regulariter appellatio, ac interim suspensus potest illius usum continuare.
2. Notarii Ecclesiastici etiam Apostolici imperiti, aut delinquentes repeti possunt per ordinarium perpetuo vel ad tempus suspendi ab officio non obstante appellatione. Concilii Trid. sess. 22. de reformat. c. 10. verba expenduntur ibid.
3. Sententia lata contra quoslibet Ministros justitiæ, putata, Tabelliones, Alguazelos, executores, &c. ob varatariam, vel excessum tangentem exercitium officii exequitur appellatione non obstante.
4. Quod intelligitur, quando à judice cui subsunt condemnantur ex ratione ibi.
5. Officiales minores, ut Alguazeli incorrigibiles excessus committentes, possunt ab eorum judice statim expelli, & manumitti sine lite, & appellatione, sed liberè.
6. Officialibus tunc prohibita est appellatio, quando condemnantur pro delicto commissi in administratione officii sui, & à proprio judice.
7. Officialis delinquens extra officium captus ab una Curia remittitur ex urbanitate ad curiam superiorem, cujus est delinquens ipse.
8. Concil. Trid. decretum sess. 24. de reformat. c. 20. disponens de suspendendo multando Notario non exhibente actorum copiam appellanti, explanatur, ut intelligatur appellatio non obstante, cum sit delictum tangens officii administrationem.
9. Officialis suspensus vel privatus officii administratione in Syndicatu pena exequitur appellatione non obstante.
10. Sententia lata in Syndicatu contra officialem jure Renio quomodo exequatur appellatione pendente remissivè.
11. Judices Ecclesiastici liberè possunt punire suos officiales laicos delinquentes in officiorum administratione.
12. Episcopus Vicarium, Castellanus castelli sui substitutum, judex suum locum tenentem quando possit liberè amovere cum causa, vel absque illa, vel quando non revocare juravit, remissivè.
13. Officia & beneficia ad nuntum mobilia, quando sine causa possint tolli, remissivè.
14. Notarium semel electum per judicium ad aliquod negotium, non poterit judex sine causa removere usque ad finem ipsius negotii.
15. Notarius duobus electis si unus ceperit acta alicujus negotii scribere, alius deinceps non poterit se intrinsece, nisi impedito primo.
16. Instrumenta & alia acta conducentia ad litem, qua tractatur coram uno Notario, non sufficit coram alio Notario, etiam ejusdem judicii & tribunali presentare & producere.
17. Electus & nominatus ad officium seu munus publicum utilitate & auctoritate, si habens excusationem intra terminum ad appellandum ea opposita, non provocet, videtur electioni consentire, & amplius non auditur appellans.
18. Carendum est ab Scaccia indistinctè asserente, esse appellandum intra decem dies à nominatione muneris utilitate & auctoritate publici, quia hoc pedit à justificatione excusationis propositæ intra illud tempus.

19 Ab

18 Ab electione & nominatione muneris nulliter & non servata debita forma celebrata, nec est necesse appellare, nec executioni mandanda erit.

19 Electio ad munus publicum facta de incapace suspenditur per appellationem & contradictionem, possessionisque traditio interim nulla est.

20 Electio ad munera publica quibus pertinet; & quia ad eam sit citandus, & an per electionem indigni privetur eligens pro illa vice, remissivè.

21 Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. explanatur prohibens ne examinatores ad examen beneficiorum recipiant stipendium aliquod, etiam ex fructibus ipsius beneficii.

22 Examinatores electi & nominari possunt per ordinarium cogit illud munus (cum sit publicum utilitate & auctoritate) subire.

23 Examinator si electus intra terminum ad appellandum legitimas excusationes non proponat, imposturum erit cogendus, & appellationi non deferendum.

24 Electio ad officium publicum auctoritate, privatum vero utilitate, ut est tutela, & cura, si intra quinquaginta dies legitimas excusationes probatas judex non admittat, permittitur appellare, non secus.

25 Lex 1. §. si quis tutor, ff. de appellationibus, quando appellandum sit; dans formam, & constituens differentiam quoad appellandum ab electione ad tutelam, & ad munus seu honorem, explanatur.

L. scire. §. ff. de excusat. tutor. verba referuntur, ibid.

26 Reprobatur opinio Sigismundi Scaccie.

27 Appellare non posse à nominatione muneris, & postea appellare à rejectione legitima excusationis propositæ, multum distat.

28 L. cum in una §. tutor, ff. de appellationibus, verus sensus redditur.

Termini habiles in omni dispositione supponendi sunt, ibi.

BENE licet verum sit, ut appellationi interpositæ à suspensione, & interdicto officii, seu beneficii temporalitatem respicientis, non deferens vim faciat manifestam, cum ea pendente, continuare possit ejus usum, Philip. Franc. in c. ad hac. quoniam, in princ. de app. & per argumentum ab speciali text. in c. is cui, de sententia excomm. l. 6. tenet gloss. ibi, verb. sequentem, approbata per Archid. & Joan. Andr. eam commendant post Abb. Franch. ubi proxime, per Abb. & alios, ita tenet Eman. Rodrig. in regula q. 39. art. 3. tom. 1. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. in præfatione num. 84. 85. 86. Decius conf. 204. in causa cathedra- li, per tot. & post alios nos exactissime rem hanc examinavimus supra l. 2. c. 5. ad fi. n. 123. usq; ad n. 127. Ultra quæ; quod suspensus, vel privatus aliquo officio, aut dignitate; appellans regulariter maneat illæsus continuans executivum, & usum officii & dignitatis, probat gl. celebris in c. sepe verbo, sententia, in fin. de app. communiter approbata secundum Abb. ibi n. 14. in fi. & n. seqq. Ill. in l. 1. n. 10. ff. de re jud. gloss. quod autem, in c. in summa 8. q. 4. Alexand. & Bart. in l. furti, ff. de iis qui notan. infam. Bobadil. in polit. lib. 5. c. 1. nu. 191. ad fin.

2 Tamen nonnulli sunt casus speciales, quibus à sententia, qua quis privatur vel suspenditur officio, appellationi interjectæ, haud vim faciat, non deferens, ut de tabellione disponit S. Concil. Trid. sess. 22. de reformat. c. 10. in hæc: Cum ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oritur, possit Episcopus quoscumque notarios, etiam si Apostolica Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus sedis Apostolicæ (examinatione adhibita) eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repertis, aut quodcumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi usum perpetuo aut ad tempus prohibere, nec eorum appellatio interdictio-

Salgado de Protect. Reg.

nem ordinarii suspendat, &c. tenent Barbof. in remiss. ad d. n. 10. super illis verbis, nec eorum appel. & Avend. Azeved. in l. 2. n. 18. tit. 7. lib. 3. recop. pag. 385.

Quod quidem, & generaliter verum est, & obrinet jure communi in cæteris judicis officialibus, alguazelis, birroariis, executoribus, tabellionibus, & aliis ministris; qui si à judice condemnentur ob excessum, violentiam, varatariam, vel quodvis aliud dilectum, commissum in suorum officiorum administratione; non audiantur appellantes, imò appellatione non obstante, sententiam, & ejus pœnam executioni licitè mandari, desiderat l. nulli officialium C. quorum app. non recip. ibi: Nulli officialium à sententia proprii judicis provocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili super patrimonio fortè apud proprium judicem inchoaverit, scilicet ut in eo tantum negotio à sententia ejus, cui pareat, judicis, quilibet velit officialis appellet, &c. prout etiam text. in c. si quis appellat, alias, ei qui §. nulli quoque officialium 2. quest. 6. ubi hæc lex canonizata est, ubi gloss. verbo officialium, intelligit dictam legem; quando à proprio judice ejusdem officialis damnatur, quam referens sequitur additio ad gloss. verb. nulli, d. l. nulli officialium, reddentes rationem, cum verisimile non sit, ut talis judex ferat contra eum sententiam, nisi clarè reperisset delictum: & eandem juriur dispositionem probat optimè Speculator (loquendo in tabellione, & executore, quibus condemnatis ob malam administrationem officiorum, negandam appellationem) l. 2. tit. de app. §. in quibus num. 4. optimè Bald. Salicet. & Paulus de Castro in d. l. nulli. ubi Bart. in fin. optimè exactè. Avilesius in capit. prator. c. 10. verbo appellare, fol. 296. Rebuff. in comment. 3. part. tract. de app. art. 8. gloss. 2. nu. 13. quam intelligunt in proprio judice, prout intellexit gloss. in d. §. nulli quoque, & Angel. in d. c. nulli. Amedeus in tract. de syndicatu, n. 236. fol. 72. Puteus in eodem tract. de syndicatu, verbo, appeli. c. 1. n. 16. & sequent. fol. 118. Bobadilla in polit. lib. 1. c. 12. nu. 62. & supra, & idem Bobadilla in lib. 2. c. 17. n. 48. ad fi. & idemmet eodem lib. 1. c. 13. n. 37. ubi probat, officiales inferiores (prout sunt Alguazeli) incorrigibiles excessus committentes, posse à judicibus statim, & absque dilatione manumitti, & expelli, quia cum in horum punitione plures sint à jure specialitates, ut possint amoveri officia absque respectu aliquo, processu, nec appellatio, liberè judici hoc libet, ut cessent impostorum scandala & delicta.

Et quod intellige, prout præcitati, & citandi Doctores communiter intelligunt; ut procedat d. l. nulli in prohibitione appellationis, quando officialis damnatur suo proprio judice, & pro delictis commissis in officio, ut probat d. l. ibi, à sententia proprii judicis, &c. latè resolvit & optimè Prosper. Farinac. in tract. crim. 3. tom. q. 101. à n. 83. cum seq. ubi n. 86. postquam ex aliis refert particularem potestatem judicem in suis officialibus puniendis; dicit ex urbanitate officialem delinquentem extra officium captum ab una Curia, remitti solere ad Curiam superiorem officialis, prout testatur de urbe Romana, quod nota ad officiales superiorum tribunalium, ut etiam delinquentes extra-officiorum administrationem, judices ordinarii inferiores hos debeant remittere ad tribunalia suprema, & ab eorum cognitione se abstinere, ut debitus honos deferatur.

Ex quibus inferre poteris ad sacr. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. c. 10. ad fi. vers. qui notarium, dum dicit: Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius (congrua mercede accepta) appellanti quantum citius, & ad minus intra mensem exhibere, qui notarius si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii administratione arbitrio ordinarii suspendatur, & ad duplicem pœnam, quanti ea lis fuerit inter appellationem, &

K k pauperes

pauperes loci, distribuendam, compellatur, &c.) ut intelligatur hujus pœnæ appositio appellatione remota, cum delictum tangat malam officii administrationem ex Doctoribus relatis, & indicat illud verbum (compellatur) quo Trid. utitur, quod pertinet ad executionem, ut latè nos lib. 2. c. de deposito, quod est 16. à nu. 71. cum seqq.

9 Quibus quidem convenit, quòd officialis suspensus, vel privatus officii administratione, vel aliàs quoquo modo condemnatus in Syndicatu, non potest appellatione pendente officio uti, cum pœna, in tali iudicio illata, executioni mittatur ea non obstante, ac ideo ordinarius denegans delationem, violentiam nullam committet, tenet Maranta de ord. jud. tit. de appell. n. 193. Petrus Dueñas in regul. 42. num. 20. fundatur uterque non in jure communi, sed in regis quibusdam constitutionibus, ab eisdem citatis. Sed quod idem sit omnino dicendum de jure communi, scribit Speculator in tit. de appell. §. in quibus vers. 3. lib. 2. ff. in l. qui juris dicit. col. 3. Angel. & ceteri in l. nulli, C. quorum appell. non recip. Paris de Puteo in tract. de syndicato, verbo, appellatio, & verbo, syndicus, & verbo, à sententia lata fol. 14. & 17. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 20. per totam, Manfred. lib. 2. pract. concl. super attentat. concl. f. 128. & seqq. & iterum concl. 173. Modernus in annotat. ad Regium n. 195. & sic pariter in Syndicatu ab officiali damnato appellationi interjectæ non deferens ordinarius vim non faciet, licet in hoc

10 Regno Hispaniæ officialibus secularibus damnatis per syndicatum certo modo, & non absolute, eis est prohibita appellatio, ut est videre per adducta latè ab Avilelio in capit. prator. c. 10. à nu. 2. cum seqq. fol. mibi 296. Bobadill. in polit. lib. 5. c. 1. à n. 191. cum seqq. & iustissime hoc examinans probat ex multis aliis Prosper. Faunac. pract. crim. 3. tom. quest. 101. §. 1. à n. 89. cum seqq.

11 Et quoad supradicta advertit, quòd Episcopus, & iudex Ecclesiasticus liberè potest punire, & castigare suos officiales, Alguazelos, officiales, aliòsque ministros, & officiales laicos, delinquentes in suis officiis, ut expressè dicit S. Concil. Trid. sess. 22. de reform. d. c. 10. ubi imperiali, aut Regia autoritate creati fuerint, &c.) probant Austerius in tract. de potest. Ecclesiast. super Lavo, num. 19. Bald. in l. 2. C. de sportul. & in c. cum parati, ibi Præpositus de appell. Puteus de syndico, verbo officialis, c. 1. num. 3. fol. 247. Tiberius Decian. in tract. crim. 1. tomo lib. 4. c. 10. nu. 3. vers. septimo argumento d. §. quis, Bobad. in polit. lib. 2. c. 77. n. 48. Parlad. in sequicem. differ. diff. 9. §. 1. num. 28. allegans Bald. ei ceteris annuentibus, in l. nullus, C. de testib. & probatur arg. l. 1. C. de off. magist. militum, l. officium, ff. de re milit. l. si quis forte, §. si quos, ff. de pœnis. aurb. de manda. Principum, §. quod si delinquentes.

12 Et an & quando Episcopus Vicarium, Castellanus Castellitichentem, vel iudex sui substitutum, vel locumtenentem, possit liberè amovere, cum causa, vel absque illa, vel quid, quando, id non facere juraverunt, vide Bald. & Alberi. in l. si ita §. Dominus, ff. de usu & habitatione, & in c. 1. juncta gl. de feudis guard. & gald. & ibi Bar. Boërius. deci. 199. n. 25. gl. in clem. 2. de rescript. verbo, per elect. Domin. in c. 1. de off. vicar. in 6. Ripa in c. 1. n. 44. de iudiciis, Rebuff. latè in praxi benef. in form. Vicarii lib. 1. à n. 192. Didac. Perez in l. 1. tit. 5. col. 963. vers. & ista opinio. l. 3. ord. Segura in decretor. jud. 2. p. c. 5. n. 1. fol. 205. Conradus in templo iudicium lib. 2. c. 6. §. 1. de constitut. Vicarii n. 7. fol. 176. Loazes in alleg. pro Marquione dolo velles, in respon. ad 5 & 6. fund. da. nu. 133. Bobad. in polit. lib. 1. c. 16. à nu. 9. Anton. Gab. lib. 2. comm. opin. conf. 1. de jur. jur. nu. 14. Joan.

13 Gutier. de jur. confir. p. 1. c. 1. nu. 89. latè etiam Grat. discept. foren. c. 167. per tot. ubi de officiis, & beneficiis amobilibus etiam ad nutum.

Qui nu. 17. firmat, quòd notarium, semel electum 14 ad causam non poterit iudex remove sine causa usque ad finem causæ. Felin. in c. quoniam contra n. 4. de probat. Castren. in l. testamemta omnia, C. de testam. Bald. in l. 2. n. 9. C. quomodo. & quando iudex, in aurb. sed iudex 15 C. de sacros. Eccles. adeo ut duobus tabellionibus electis, si unus ceperit acta scribere, alius non poterit deinceps se intromittere, nisi impedimento primo; tenet Grat. ubi proximè, d. c. 197. n. 19.

Cui conducit, quod dicit Marefc. variarum resolutio 16 num. lib. 2. c. 107. n. 4. quod instrumenta seu acta, quæ coram uno notario tractantur, non sufficit præsentare, nec producere in actis alterius notarii; etiam ejusdem iudicis, & tribunalibus, sed omnino debet produci in actis ejus, qui causam cepit tractare; qui testatur, ita fuisse determinatum per Rotam in una Romana census 4. Decembris 1597. coram Cardinali Pamphilio.

Superest secundam nostri capituli partem examinare, an non deferens appellationi interpositæ à nominatione publici officii, vim iudex facere dicatur: in quo duplex consideratur à jure distinctio amplectenda. Etenim aut agimus de nominatione, & electione, muneris publici autoritate, & utilitate simul, hoc est, quod omnimodò, & principaliter sit inductum in reipublicæ utilitatem, prout est syndicus, procurator, decurio, executor tributorum, & similes, & tunc si nominatus ad munus legitimam excusationem habens intra tempus ad appellandum minimè provocaverit; videtur tacitæ electioni de se factæ consentire, & acquiescere, ac ideo ulterius non admittitur, nec auditur appellans: text. in l. hi qui ibi: Hi qui ad civilia munera, vel ad decurionatum, vel honores evocantur, licet vacationem à principibus acceperint si appellationis auxilio non utantur, consensu suo nominationem confirmant; cum igitur ad munus vocatus appellaveris apud præsidem provinciæ iustè te appellasse ostende, &c. C. de appell. text. in l. (cives, & incolæ manifestas etiam excusationes, habentes; si sub iusta nominatione non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur, &c.) C. eodem; text. etiam expressus in l. 1. si ad scribarum nominatus non provocasti l. nominationes. C. eodem tit. de appell. bonus etiam text. in l. 2. & l. cum decurionatus, C. de decurionibus. c. nominationes 2. quest. 6. l. 8. tit. 2. 3. Cynus Bald. & Salicetus in d. l. si hi qui, & in d. l. si ad scribarum. Bart. Bald. & Salicet. in d. l. cives. Bart. in l. 1. §. ff. quando appellandum sit, optimè Speculator & ejus adductor in l. 2. tit. de appellationibus, §. in quibus, n. 9. Angel. in §. qui autem excusare, post. princ. instit. de excus. tutor. Joan de Platea & Lucas de Pena d. l. 2. & ubi libet gloss. Avend. de exequen. mand. c. 19. n. 26. in si. & est videnda l. 3. tit. 16. l. 3. ord. Bald. in l. si pater n. 4. Cod. si pend. appell. mors. Maranta in specul. 6. p. actu 2. in verbo, & quandoque appellatur, n. 324. fol. 506. Rebuff. in tract. de sent. provisio. art. 3. gloss. 2. n. 1. & in tract. de appell. art. 7. gloss. 2. n. 18. Ruginell. tract. de app. §. 2. c. 3. n. 146. Cavendum est tamen à Sigismundo Scaccia tract. de appell. q. 17. limit. 13. fol. 478. dum absolute dicit, appellandum esse intra decem dies à nominatione muneris, autoritate, & utilitate publici, cum hoc pendeat ex legitimis excusationibus per nominatum allegatis, & sic sub hac qualitate illius appellationi deferunt jura, & Doctores citati.

Quam conclusionem, ut limites, velim: quando ipsa nominatio valide facta fuit, secus si nulliter ob non, puta, servatum ordinem, & formam electionis, vel ob aliquod aliud defectum; quia tunc tanquam à nulla, non indiget appellari, nec est executioni mandata, text. est in l. si constat 12. ff. de appell. ubi gloss. verbo supervacua fuit, & Bart. gloss. verb. interposuerunt in d. l. 1. §. 1. ff. quomodo & quando appellandum sit, optimus text.

in

in l. nominationes 27. ubi gloss. Bart. & Salicet. C. de appellationibus, & in l. veteranis, per text. ibi C. quando 19 provocare non est necesse, ut tunc non deferens appellationi vim facere declarabitur, juxta traditam à nobis regulam infra hoc lib. c. 9. ut scilicet, deferatur appellationi, cujus ratio in promptu esse constat; & quòd electio seu nominatio ad hoc munus publicum facta de incapace & indigno suspendatur per appellationem, & contradictionem, ita ut interim ejus executio suspendenda sit, & possessionis itidè traditio, ex pluribus comprobatur Boba. in Polit. l. 3. c. 8. à n. 48. qui quidem à nu. 40. cum insinuat seqq. plures quæstiones resolvit, horum officiorum nominationes tangentes, quibus pertineat, qui sit citandus: & an per electionem indigni priveretur eligens illa vice, & de multis aliis utilibus, & necessariis ibi vide.

21 Et ex superius dicta resolutione infero ad ea quæ dicit Nicolaus Garcia de benefic. tom. 2. 9. p. c. 2. num. 378. dum superius à num. 368. disputat, an examinatorebus ad examen beneficiorum deputatis, juxta Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. possit (non obstante prohibitione ejusdem Concilii, & Sanctæ Congregationis super eodem) nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore dari, saltem ex fructibus beneficii; qui postquam negativam amplexus, dixit in d. n. 378. rectè posse examinatores cogi, hoc minus gratias subire, cum sit munus publicum, & à sancto Concilio Trid. inductum, ut faciat ad nostrum propositum quod sit ita nominatus, legitimas excusationis causas proponens non appellaverit intra tempus à jure concessum appellanti; nequaquam sit impostum audiendum, sed potius cogendus, nec delationem denegans vim faciet, cum sit munus publicum autoritate, & utilitate simul.

24 At verò quando munus, ad quod aliquis nominatur, seu eligitur, non est publicum autoritate, & utilitate simul, sed autoritate tantum (prout est tutela, & cura) quod licet sit publicum quoad autoritatem, quia convenit reipublicæ, ut minores tuteantur; tamen utilitas non est publica, sed privata omnimodo, cedens ipsi minori, in cujus commodum principaliter hoc munus inductum est à jure, tunc quidem nominatus ad idem non potest appellare à tali nominatione, & electione, sed tantum ei permittitur, ut intra quinquaginta dies suas legitimas, & à jure approbatas excusationes proponat, quas si probatas iudex non admiserit, licita 25 est nominato appellatio; ita probat text. elegans (utrumque distinctionis membrum probans) in l. 2. §. si quis tutor, ff. quando appellans sit, cujus sunt verba: Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quovis alio, qui jus dandi habet, non oportet eum provocare, hoc enim Divus Marcus effectit: sed intra tempora præstita excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet. Ceterum ante quod fultrà appellatur: alia causa est eorum, qui ad aliquod munus, vel honorem vocantur: cum dicant, se habere excusationem, nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ; quam si appellationem interposuerint, &c. text. etiam in l. tutores 18. text. in excusationis 3. C. de excusation. tutor. text. expressus in §. qui autem excusare se volunt non appell. &c. 18. instit. de excusat. tutor. vel curat. text. in l. scire 15. ibi: Scire oportet, quoniam nec dati tutores, nec testamentarii provocare necesse habent, ut ostendit constitutio Divi Veri & Antonii, hoc autem observari oportet, & in datis curatoribus; in paucissimis enim distant curatores à tutoribus, adversus denique sententias auferentes eis excusationes, licentiam habebunt appellandi, &c. ff. de excusation. tutorum, l. Caii 18. ff. eodem tit. cap. viduum 2. q. 6. l. 4. tit. 17. p. 6. hanc doctrinam probant Rebuff. de sentent. provision. art. 3. gloss. 2. num. 1. tom. 1. fol. 276. & in tractat. de appellation. articul. 6. gloss. 2.

Salgado de Protect. Reg.

num. 18. vers. septimo, tom. 3. fol. 503. & idem Rebuff. in comment. 4. p. tract. de appell. artic. 8. gloss. 2. num. 18. Bald. in l. si pater, 4. in fin. num. 4. Cod. si pendente appellatione mors. Marant. in specul. 6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, num. 324. lim. 20. fol. 516. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 246. glossæ B. Bald. Cyn. Salicet, & alii in locis superius citatis, glossæ & Doctores in his allegatis legibus, Angel. post glossam, & ibi optimè Picard. à Minuela acutus, & præceptor meus, in d. §. si quis autem excusare. Speculator. lib. 2. tit. de appell. §. in quibus n. 9.

Hinc venit meritò reprobandum Scaccia de appellat. 26 quest. 17. limit. 33. sub n. 1. dum dicit, quòd licet hæc doctrina communiter teneatur, illi tamen videtur de vento, cum saltem possit appellare post rejectam excusationem, sed minus rectè, minusque loquitur peritè. Etenim non omnes tutores habent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent, omittuntur, vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent: sed frivolas, & à jure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellandi, & sic evidenter apparet jura disponentia, à nominatione muneris utilitate privati, non appellari, non fervire de vento, ut putavit Scaccia, quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à rejectione legitimæ excusationis propositæ.

Nec his obstat text. in l. cum in una §. tutor, ff. appell. 28 ubi dicit: tutor pupillo datus si provocet interim pupillo curator dabitur, &c. quasi innuere, & supponere videtur ac ipsa datione, & nominatione fuisse provocatum, quia intelligendus secundum d. §. si quis tutor, & l. scire oportet, cum aliis, ut ab excusationibus non admittis, non autem à nominatione duntaxat appellatum fuerit prout optimè interpretatur, & intelligit gloss. verbo non appellant. in d. §. qui autem excusare, instit. de execut. tutor. qui est verus intellectus, qui tunc à rejectione justæ excusationis propositæ, licet appellari, ex supradictis, quoniam à denegato beneficio juris appellationi deferendum est interpositæ, ut diximus ad propositum supra lib. 2. c. 1. de interloc. circa appell. ab except. & sic illa verba d. §. tutor si provocet, intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia dispositio de aliquo actu loquens, intelligitur de valido, solemnni, & solemniter celebrato, l. non putavit, §. non quævis, de bonorum possess. contra a. latè in c. 9. in fin. hac 3. p. in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.



CAPUT IX.

Si in iudiciis privilegiatis seu aliàs appellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissæ an iudex non deferens vim faciet: & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipuè in provisione beneficiorum, tam curatorum, quam simplicium.

SUMMARIUM.

- 1 Clavis est totius tractatus violentia solemniter ac forme omisso, qua inducuntur nullitates, ad quas peritissimi advocati confugiunt, cupientes impedire executionem, etiam his causis sui natura inappellabilibus.
2 Nullitas aut evidens iniquitas apparens de actorum inspectione dicitur esse in promptu, & notorie constare, & vide num. 35.
3 Dispositio excludens omnes nullitates, non intelligitur exclusiva nullitatis notorie, que patet ex actis.

K k 2

Et